

R. A facie inimici.

P. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

P. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

P. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratione tue pietatis clementer absolvas.

Exaudi, quaesumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis; ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende; ut simul nos et a peccatis omnibus exuas et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tue iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Then shall be said the Confiteor by one alone, or all together, as is the custom, in the following manner:

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Arcangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, beato Patri Nostro Eliae, omnibus Sanctis et tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere; mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Arcangelum, Beatum Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum et Paulum, Beatum Patrem nostrum Eliam, omnes Sanctos et te, Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Then the Priest shall proceed to say:

Misereatur vestri, etc.

Indulgentiam, etc.

Dominus Noster Jesus Christus, qui Beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille vos absolvas ab omni vinculo delictorum ut habeatis vitam æternam et vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

Per sacratissimam Passionem et Mortem Domini Nostri Jesu Christi precibus et meritis Beatissimæ semper Virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Beati Patris Nostri Eliae et omnium Sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa, plenariam Indulgentiam omnium peccatorum vestrorum vobis impertior. In nomine Patris * et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

If this Absolution is given immediately after some Sacramental, omitting the other prayers, the Priest shall begin with the words, "Dominus Noster Jesus Christus," etc., and thus proceed to the end, only substituting the singular for the plural, as is prescribed by the Decree of July 7, 1882.

If the circumstances do not warrant the use of the complete Form, the Priest, having omitted the rest, may say:

Auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa plenariam omnium peccatorum tuorum Indulgentiam tibi impertior. In nomine Patris, et Filii * et Spiritus Sancti. R. Amen. (As in Decree, June 18, 1883.)

II.

PAPAL BENEDICTION.

Twice a Year.

This Papal Benediction, by concession of His Holiness Leo XIII., may be given twice in the year, not separately to single Tertiaries, but to the Congregation duly assembled and not upon the same day when one is given by the Bishop.

(Decree of June 18, 1883.)